Quelle: https://manuscripta.at/?ID=639
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

1

Executis Incipiunt sermo
inspirante nes. Gilber
domino sex prioribus ti ad
secundi tractatus status
cuius est tytulus de condi
cione doctoris. restat pars septima que
hic cum prioribus manibus difficilior et dif
fusior quam alie videbatur de doctrina
hominis pertinente ad predicatores se
cundum experimentum practice. Sed
quia de dominicalibus et sanctorum festivitati
bus ad pie memorie papam Alexan
drum quartum scribentes eius im
perio et precepto nos expedivimus. ideo
de hiis que pertinent ad diversa sta
tuum et officiorum genera prout dedit con
iungamus. et tytulos subnectamus.
De diversis statibus et officiis.
De preceptis divinis.
De sacramentalibus et mysteriis.
De penis et gaudiis. Primo igitur
de diversis statibus et officiis diversi
mode debent fieri predicationes quia
secundum materiam inquirendi sunt
sermones. Status autem vel officia
xxxv. nobis occurrunt. que per variam
divisionem haberi possunt. Non
autem est divisio sic precisa quin in ali
quibus contineant aliquando. Hec tamen
non causa curiositatis hec dividimus.
aut alia que premisimus. sed utilita
tis causa. ut que dicuntur memoriter
teneat intellectus. Sunt igitur quedam
que pertinent ad viros. quedam ad
mulieres. quedam ad sexum promis
cuum. in quo sunt viri et mulie
res. Que vero pertinent ad viros. quedam
pertinent ad prelatos. quedam ad contem
plativos. quedam vero ad activos. Que vero
pertinent ad prelatos sunt hec.
Prelatorum electio. fo. p° a simodus duo;
Synodus et congregatio. fo. x. simodus quoque
Promovendorum ordinatio. fo. 20 festo [illegible]
Ecclesiarum consecratio. fo. 24. festo [illegible] fo 30 festo
Subditorum visitatio. Que vero
pertinent ad contemplativos sicut et
prehabita requirunt sermones [illegible]. Con
divisio patet sub novenario.
Ad solitudine diligentes. fo. 32.
Ad fratres minores. fo. 43 in festo [illegible]
Ad theologos et predicantes. fo 38 in die penth.
Ad scolasticos et scolares.
Ad canonicos seculares.
Ad canonicos regulares.
Ad monachos nigros.
Ad monachos griseos.
Ad novicios. Que vero pertinent
ad activos in duodenario numero comprehen in duodenario
duntur. sicut in subiectis tytulis de
monstratur.
Ad iudices et advocatos.
Ad servientes et hospitalarios.
Ad afflictos pauperes et infirmos.
Ad leprosos et abiectos. tos.
Ad cruce signatos et cruce signan
Ad peregrinos. tes.
Ad potentes et nobiles. vel mili
Ad burgenses rei publice vacantes
Ad burgenses communiter viventes.
Ad mercatores.
Ad rurales agricolentes.
Ad mechanicos artifices.

Liber sancte Marie virg. in Neunburga claustrali

f 99